GREGORIUS MAGNUS
12. Jh. Seite 49v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26140
Copyright: Admont, Benediktinerstift



uit, quid uero hoc loco per terram nisi homo peccator expri
mitur. Primo quippe peccanti homini dictum est, terra es et
in terram ibis. terra ergo nomine peccatrix gentilitas designatur.
Nam cum iustam iudea se crederet, constat quam reproba de genti
litate se sentiret. Paulo attestante qui ait: Nos natura
iudei et non ex gentibus peccatores. Mediator ergo noster quasi de con
so capite in terram corruit, quia iudeam deserens dum sacra
menta sua ab eius sacerdotio abstulit, ad noticiam gentium
uenit, capillos enim a capite rasit, quia sacramenta legis ab il
lo primo suo sacerdotio sustulit, et in terram corruit, quia sal
uandis peccatoribus dedit, dumque eos qui sibi iusti uidebantur
deseruit, hos qui se iniustos et nouerant et fatebantur adsumpsit.
Hinc et ipse in euangelio dicit: Ego in iudicium ueni in hunc
mundum, ut qui non uident uideant, et qui uident cecifiant. hinc
et columna nubis que in heremo populum preibat, splendore ig
nis non in die sed in nocte radiabat, quia uidelicet dum redemptor
noster sue conuersationis exemplo prebuit ducatum sequentibus prestans
de iustitia sua confidentibus nulla luce claruit, peccatorum uero suorum
tenebras agnoscentibus igne sui amoris infulsit. Hec quod cor
ruere iob dicitur indignum mens hoc significationi redemptoris
arbitretur. Scriptum namque est uerbum misit dominus in iacob et cecidit
in israel. Iacob quippe supplantator, israel uero uidens dominum dicitur.
Et quid per iacob nisi iudaicus populus, quid per israel nisi gentilis
populus designatur, quia quem iacob per carnis mortem supplantare
studuit, hunc nimirum per oculos fidei gentilitas dominum uidit.
uenientem Ad iacob ergo missum in israel cecidit, quia eum quem ad se uenientem iuda
icus respuit, hunc repente confitens populus gentilis inuenit.
De sancto quoque spiritu scriptum est, cecidit super eos spiritus domini, iccirco autem
uel uerbum dei uel sanctus spiritus in scriptura sacra cadere dicitur, ut inopi
natus eius aduentus exprimatur. Quod enim ruit uel cadit